



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

14 Quæ causa excuset tabernarios, caupones vendentes vinum scienter  
inebriaturis, cibaria solututuris ieiunium?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



ad illam execrandam negotiationem, & turpitudinem, existimo te teneri nec vendere, nec locare is perditis personis si inuentas alias, quibus loce: quia lege charitatis teneris vitare peccata, quae possis abique tuo graui detrimento, praecipue cum republica solum intendas habebationem concedere ad vitendum, non aptitudinem ad peccandum & ita tenet Bonac. Valen. Sanch. Rebello. *supra*. Idem quod dictum est de hac domo, dicendum est de veltibus, quae magis ad ornatum, & ad inuenum animos alliciendos deseruire possunt, quam ad necessitatem.

4. Aduertendum tamen est vlturariis alienigenis, hoc est, qui ex alio regno originem trahunt, nullo modo posse domos locari, vel alio modo ad habitandum concedi, quia ita conuenit, *cap. 1. de vlturariis. in 6. vbi* contrafacientibus si Episcopi, suspensionis poena imponitur ipso facto, minus excommunicantur, communitas interdicitur, laici ab ecclesiis per censuras debent compelli. Addit vero Lessius *lib. 2. c. 24. d. 7. sine*, hanc constitutionem multis in locis non ferant, quia passim à principibus, & republica admittuntur ij vlturarij Episcopis minime contradicentibus. Sed forte non aduertimus, an alienigenae sint.

5. Patroni meretricium (quos vulgo *padres de las manco-las* appellant) destinati sunt à republica solum vt meretrices lenocent inuolantes, & morbo contagioso laborantes expellant, & conuenit essent hae vii occupatione, possent sustineri, vt praefato Terr. de Ledesma, & Man. docet Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 7. n. 32*. At limites illius excedunt, & pluribus meretricium peccatis implicatur, quia fauent pulchrioribus, & quae quatuor maiorem comparant, illasque ad mundiciae defecant, & videndas exponunt, & pluribus viis curant, ne tam turpi lucro recedant: ob quae optime dixit Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 7. num. 32*. difficillimo negotio hos ab-olui posse.

6. Pagens concubinam, illiusque picturam amasio tribuunt. Et idem est de pictura Idoli ad peccationem ethnici, quauis actio de se indifferens sit, & bono viui deseruire possit, ac proinde ex aliqua graui causa honestari, vt docet Thom. Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 7*. quia tamen fomentum est, & incitamentum turpis amoris, vel idololatriae, mortale peccatum est, nisi pressus aliqua grauisima causa faceres. Haec autem causa grauis non est amissio lucri ex tali pictura, aliis semper tibi liceret haec pingere. Quare illam solum causam sufficientem putarem, quae grauem metum motus vel venerationis valeret incurere: Fabricatio enim eius picturae, illiusque donatio homini sic deperdito, est quasi donatio gladij parato occidere, & ita sine vlla distinctione esse peccatum mortale, docent Azor. *tom. 2. in sist. moral. lib. 12. cap. ult. q. 9*. Bonacina *disp. 2. peccat. q. 4. p. 2. §. vnic. c. 19*.

7. Coniuch vero *disp. 18. de infidelit. dub. 18. n. 113*, credit ad vlturum metum licere pingere idolum, vestem sacerdotum licere ad peccationem infidelis, quia in illis circumstantiis certa illa fabricatio in honorem facti cultus, & est quadam figuratio: siquidem famularis infidelis, & vt illius instrumentum agis, cum agis ad eius peccationem. Quapropter plures caupones maluerunt grauisima tormenta perpeti, quam solida ad peccationem Imperatorum fabricare, sicut de Marco Anthonio Episcopo testatur Theodor. *lib. 3. histor. cap. 5*. At credo grauisimum metu excusari posse, si à te non expostulaueris in contemptum religionis, neque scandalum adit te in contumeliam. Nam fabricatio idoli, & concubinae pictura mortificata mala non est, sed saepe honestari potest. Quod autem sit ad peccationem illius, qui illa ad malum finem vltutus est, non constituit in fabricante malitiam, quia ipse non famularatur, potius in illa mala intentione, sed in te petita, & hoc ex necia, neque agit vt instrumentum mali operis, sed ex ipsa indifferens.

PUNCTUM XIII.

Quae causa excuset deponentem pecunias apud Vlturarium, quibus creditur vti debere ad vlturam, & deponentem vinum apud tabernarium, qui creditur venditurus fore mixtum aqua.

- 1. Probabilis est causam grauem in deponente pecunias requiri.
- 2. Si tabernarius vendit vinum mixtum aqua, quod tu habes, apud illum depositum, pro viribus venditionem impendere teneris, si scias, & ad restitutionem obligaris: si te ignorante contingat venditio restituere debes, in quo fuerit factus locupletior.
- 3. Vinum his simulationibus vendere non potes, si commodum possis venditionem excusare.

Et in Caletan. Aragon, Bannes, & alij relati à Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 7. n. 36*, nullam causam in deponente *Ferd. de Castro Sum. Ador. Pars 1.*

pecunias expostulens; quia haec pecuniarum depositio non videtur vlturarium causa, sicut nec locatio domus. Nihilominus tamen probabilis existimo, cum Sanchez *supra*. Nauar. *sum. cap. 14. n. 40. vers. duodecimo*. Molin. *to. 2. de iust. disp. 331. vers. de eo qui apud vlturarium*. Valent. *2. disp. 5. q. 21. p. 1. sine*. Rebello. *de inst. p. 2. lib. 8. q. 16. §. 4. n. 20*. requiri necessarium causam grauem, si cessante tua depositione vltura non exerceretur, vel non exerceretur in tanta quantitate: quia in praesenti non solum est obligatio vitandi peccatum vlturarij, sed etiam damnum, quod recipiunt mutuararij. Quapropter Vasquez existimat deponentem obligatum esse restituere vlturas, quas mutuas accepit ex tua pecunia mutuata, quia praebuit materiam iniustitiae, sicuti obligaris, cum praebes enim volenti occidere inimicum. Idem tenet Basile. de Leon *lib. 5. de matrim. cap. 18. §. 4. n. 23*. Dura tamen est obligatio, neque ab alijs Doctoribus admittitur, quia deposita pecunia est causa nimis remota tenoris: indiget enim voluntate sceleratoris, & voluntate sceleris concedentis. Quae autem causa grauis sit honestandi hanc depositionem, affirmo esse securitatem pecuniae, si enim tibi ad huiusmodi finem necessarium esse deponere pecuniam apud praedictum numularium, neque inuenis alium apud quem securam serues, poteris absque peccato deponere, neque vlturae inde acceptae tibi debet imputari.

2. Aliter de depositione vini philosophandum est, si vinum apud tabernarium deponas, ipseque vendat aqua mixtum, & concius sis illius delicti grauius peccas, si pro vitibus non impedis, quia cum vinum sit tuum, & non tabernarij, tu proprie vendis, & non ille, ac proinde omnia damna teneris reparare. Quod si ipse te ignorante vendidit, teneberis restituere ea in quibus factus fueris locupletior.

3. Verum si vinum apud tabernarios non fuit depositum, sed à te venditum; sciebans tamen tabernarios iterum vendituros non purum, sed aqua mixtum, vel alio modo simulatum. Tunc dicendum est te obligatum esse ex charitate iis simulatoribus vinum non vendere: si alios inuenias, de quibus iure non praesumis simulationem, quia teneris quoad possis peccata impedire, & praecipue, quae in damnum tertij veigunt. At si cogeris vinum inuenditum habere, cum hoc tibi graue, & molestum futurum sit, poteris peccatum illorum permittere vtendo iure tuo. Sic Sanchez *lib. 1. cap. 7. n. 37*.

PUNCTUM XIV.

Quae causa excuset tabernarios, caupones vendentes vinum scienter inebriaturis, cibaria soluturis ieiunium.

- 1. In vendente vinum inebriaturis causa grauis desideratur. Et quae haec sit.
- 2. In vendente cibaria soluturis ieiunium, minor causa, sed grauis desideratur, qualis est diminutio emptorum ex denegata venditione: nunquam tamen est censenda sufficiens causa amissio lucri quod ex eana vendita provenire potest.

1. IN vendentibus vinum inebriaturis constat debere esse causam grauem, qualis esset, si timeres ab ementibus affici iniuria, eo quod vinum denegares, vel multum diminuendos esse emptores: cum enim ebrietas peccatum sit non solum ebrio damnosum, sed periculosum alijs; hanc grauem causam expostulat subministratio materiae illius: illa autem causa posita, cum venditio de se sit res indifferens, honestari sufficienter potest: & ita relato Valent. *2. disp. 5. quast. 21. punct. 4. vers. unde ad argumentum* Caiet. & Man. tenet Sanch. *l. 1. in Decal. c. 7. num. 33*.

2. In vendentibus item cibaria soluturis ieiunium etiam causa desideratur minor, quam in supradicta venditione vini, quia solutio ieiunij non est peccatum alijs periculosum, causa tamen est sufficiens, si ob denegata cibaria, timeres diminutionem emptorum, praecipue cum raro ex tua denegatione vitatio peccati obrineatur, alij enim te deficiente cibaria ministrabant & ita alijs relatis docet Sanchez *num. 34*. Nunquam tamen existimarem esse sufficientem causam amissionem lucri quod tibi ex eana vendita soluturis ieiunium provenire potest, quia hoc leuissimum quid est, vt propter illud graue peccatum permittendum sit, & materia illius subministranda.